

isti doech. Sed quis deo presumat ad temporalia: tamē ut dicant sibi: colo deum meum qui me facturus est diutinem in terra: qui mihi filios daturus est: qui mihi ut ore daturus est. Talia quidē non dat nisi deus: sed non vult se propterea talia diligere deus. Hō enim sepe ista dat et malis: ut aliud ab illo discant querere boni. Quomodo ergo tu dicas: speravi in misericordia dei. Forte ad temporalia adipiscenda: immo: In eternum et in seculum seculi. Quod dixit in eternum: repetere voluit adiiciendo in seculum seculi: ut confirmaret ibi repetendo: quod fundatus esset in dilectione regni celorum: et in spe eterne felicitatis. Confitebor tibi in seculum quoniam fecisti. Quid fecisti: Boech dominasti. David coronaisti. Confitebor tibi in seculum quoniam fecisti. Magna confessio: quoniam fecisti. Quid fecisti: nisi becipia que supra dicta sunt: ut tantum otiosa fructifera in domo dei sperare in misericordia dei in eternum: et in seculum seculi. Tu fecisti: impius iustificare se non potest: Sed quis est qui iustificat? Credenti inquit in eum qui iustificat impium. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis: quia ex te habeas. Absit ut et ego sic glorier: ait iste qui opositus est contra Boech: qui tolerat Boech in terra: donec emigret ille de tabernaculo et eradicetur de terra viuentium. Non glorior quia non acceperim: sed in deo gloriior: et confitebor tibi quoniam tu fecisti: id est quoniam tu fecisti: non ex merito meis: sed ex misericordia tua. Ego enim quid feci: Si recolas: prius fui blasphemus et persecutor et iniuriosus. Tu autem quid fecisti: Sed misericordia cosecutus sum: quia ignorans feci. Confitebor tibi in seculum quoniam fecisti. Et expectabo nomen tuum quoniam iocundum est. Amarum est seculum: sed nomen tuum iocundum. Et si dulcia quedam sunt in seculo: sed cum amaritudine digeruntur. Preponitur nomen tuum: non solū magnitudine sed etiam iocunditate. Narrauerunt etenim mihi iniusti delectationes: sed non sicut lex tua domine. Neque enim si nihil dulce esset martyribus: tantas tribulationum amaritudines eam animo sustinerent. Amaritudo eorum a quo quis sentiebat: dulcedine eorum non facile quisque gustare poserat. Nomen ergo dei iocundum amaribus deum super omnes iocunditates. Expectabo nomen tuum: quia iocundum est. Et cui probas quod iocundum est: Da mibi

**Alia lsa.**  
et domine.  
et quia.

**Alia lsa.**  
et bonum.

palati cui iocundum est. Lauda deum quantum tu potes: et exaggera dulcedine eius quibus valueris verbis. Homo nesciens quid sit mel: nisi gustauerit quod dicas nescit. Ideo magis ad exprimendum inuitas psalmus quod agit: Bustate et videte quoniam suavis est dominus. Bustare non vis: et dicis iocundum est. Quid iocundum est: Si gustasti in fructu tuo inuenias: non in solis vocibus tantum in soliis: ne maledicto dominus aresceret tanquam illa sicalnea merearis. Bustate inquit et videte quoniam suavis est dominus. Bustate et videte: hoc videbitis si gustaueritis. Homo autem non gustanti: non probas. Laudando iocunditate nominis dei quatuor dixeris verba sunt. Aliud est gustus. Verba laudis eius audiunt et impij. Homo autem gustat quod iocundum est nisi sancti. Proinde iste sentiens dulcedine nois dei: et volens explicare et volens ostendere: nec inuenies quibus etenim sanctis non opus est ut tu ostendas: quia ipsi gustant et norunt: impii sentire non possunt quod gustare nolunt. Quid ergo facit de iocunditate nois dei: Tunc se continuo a turbis impiorum. Expectabo inquit nomen tuum: quod iocundum est. In aspectu sanctorum tuorum. Iocundum est nomen tuum: non in aspectu impiorum. Ego scio quod dulcis sit: sed his qui gustauerunt.

**Explicit Tract. de ps. LI.**  
**Incipit Tract. de ps. LII.**

**Prefatio**

**D**icitur istud vobiscum tractandum quoniam dominus suggestus suscipimus. Jubete fratres ut velim: et orate ut possum. Si quod festinatio forte pertinuerit: implorabit in vobis qui et nobis dare dignatur quod dicere posuerimus.

**Titulus eius est. In fine p Amalech intellectus ipsi David.**

**D**icitur vero Amalech sicut in hebreorum interpretationib' nomine iuenum: vide et dicere parturiente siue dolore. Quis autem in hoc sclo parturiat et doleat: agnoscunt fideles: quia inde sunt. Christus hic parturit: christus haec dolet: caput est sursum: membra deorsum. Neque enim non parturientes nec dolens: dicunt: Saulus saule quod me persequeris. Quo persequente parturiebat: eum conuersum parturire fecit. Namque et ipse postea illuminatus est: et illis qui persequabantur membris insertus: eadem caritate pregnans dicebat: filio mei quos iterum parturio donec christus formetur in vobis. Pro membris igit christi: pro corpore eius quod est ecclesia

# Psalmus

sia: p vno ipso homine: id est: p ipsa vnitate cui caput sursum est: psalm⁹ iste cantatur. Semper autē t parturit: t dolet iste homo. Quare t inter quos: nisi qz accepit et cognovit a capite suo dicēte: Abundabit iniquitas t refrigerescet caritas multoz: Si ait abundavit iniquitas t refrigerescet caritas multoz: quis remanebit qui parturiat: Sequitur: Qui pseuerauerit vsc⁹ in finez bic saluus erit. Unde esset magnū perseuerare: nisi inter molestias t temptationes t turbationes t scandala esset pseuerandū. Nemo enim iubetur bona tolerare: sed pro isto quia dicit: t p isto quia cantatur videamus quid sit. Pro isto increpant hic homines: inter quos gemitur: inter quos dolet: t cōsolatio dolentis t pruriētis in psalmi sine depromis t exprimis. Qui sunt ergo inter quos pturum⁹ t gemimus: Si in corpore christi sum⁹: si sub illo capite vivimus: si in membris ei⁹ deputamur: qui sunt audi.

## Expositio psalmi.

**D**ixit imprudēs ī corde suo: non est deus. Tale genus est hominū iter quos dolet t gemit corpus christi. Si tale hoc hominū genus est: nō multos parturim⁹: quanti videb⁹ occurtere cogitationib⁹ nostris perpauci sunt. Et difficile est vt incurram⁹ in hominē qui dicat in corde suo: nō est de⁹: tamē sic pauci sunt: vt inter multos timendo hoc dicere: in corde suo dicāt: qz ore dicere nō audient. Hō ergo multū est qd iubemur tollere: vir inuenitur: rarū hominū genus est: q dicant in corde suo: nō est deus. An vero alio intellectu discussuz inueniēt esse in plurib⁹: qd in paucis t raris t pene in nullis esse putabam⁹. Prodeat in mediū q male vniūt: inspiciāt facta flagitiosoz: facinorosoz sceleratoroz hominū: quoqz magna turba ē qui souent qd peccata sua: qui factis in consuetudinē versis etiā vere cundiā pdiderunt. Hec tanta hominū multitudine est: vt iter eos positū corpus christi: vir audeat reprehendere: quod nō cogitur amittere: t p magno sibi putet seruari integritate innocentie: ne faciat qd culpare iā per cōsuetudinē: aut nō audeat: aut si ausus fuerit facili⁹ erūpat reprehensio t reclamatio eorū qui male vivunt: qz vox libera eoz q bñ vivunt. Et isti tales sunt: vt dicāt in corde suo: nō est de⁹. Tales cōuinco. Unde conuinco: Facta sua deo placere arbū-

Alia līa.  
t inspiens.

# LII

trantur. Hō aliqui ergo ait: dicunt. sed vixit imprudens in corde suo: non est deus. Qui vsc⁹ adeo credūt esse deum: vt eidem deo arbitrantur placere qd faciunt: atqz si intelligas prudens: quia imprudens dixit in corde suo: nō est deus: si aduertas: si intelligas: si discutias: qui putat deo placere facta mala: nō eum putat deū. Si enim deus est: iustus est. si iustus est: displicet ei iniusticia: displicet iniquitas. Tu autē cum putas ei placere iniquitatē: negas deū. Si autē deus est cui displicet iniqtas: tibi autē non videtur deus cui displicet iniqtas. Hō est autē deus: nisi cui displicet iniqtas: cū dicas in corde tuo: faret iniquitatib⁹ meis de⁹: nihil aliud dicit qz nō est deus. Referamus nos ad illū intellectū: qui t de ipso christo dño nostro de ipso capite nostro occurrit. Ipse enim cum in forma serui appareret in terra: dixerūt qui eū crucifixerūt: nō est deus. Quia fili⁹ dei erat vtiqz de⁹ erat. Sed illi qui corrupti sunt t abominabiles facti sunt: qd dixerūt: Hō est de⁹: occidamus eum: nō est deus. Habes vocem ipsorum in libro sapientie: sed pmo illos vide corruptos: vt possint dicere ī corde suo: non est deus. Premissō em⁹ versu dixit imprudēs ī corde suo: nō est deus: tanqz cause quererētur: vñ hōc posset dicere imprudēs subiecit. Corrupti sunt t abominabiles facti sunt in iniqtatib⁹ suis. Audi illos corruptos. Vixerūt apud se nō recte cogitantes. Lepit corruptio a mala fide: inde itur in turpes mores: inde in acerrimas iniquitates. Gradus isti sunt. Quid enim apud se dixerunt cogitantes non recte: Exiguum et cū tedium est vita nostra. Ab hac mala fide sequit illud qd t Apostolus dixit: Abducemus t bibam⁹: cras em⁹ moriemur. Ibi autē latius luxuria ipsa describit: Coronem nos rosis anteqz marcescat: vbiqz relinquimus signa leticie nře. D⁹ istaz descriptā lat⁹ luxuriā: quid sequit: Occidam⁹ pauperē iustū. Hoc est ḡ dicere: nō est de⁹. Le mia videbāt iā dudu loq: Coronem⁹ nos rosis anteqz marcescat. Quid delican⁹: qd leni⁹: Sperares d⁹ hac lenitate crucis: gladios. Noli mirari lenes sunt t radices spinarū. Si quis eas cōrectat nō pungitur: sed quo pungenis inde nascit. Corrupti ḡ sunt isti t abominabiles facti sunt in iniqtatib⁹ suis. Dixit in corde suo: nō ē deus. Si fili⁹ dei est: descēdat de cruce. Ecce

Alia līa.  
t nō habet.

# Psalmus

aperte dicere nō ē de<sup>o</sup>. Sed quō inter illos  
 gemit corpus christi? Semuerūt iter illos  
 qui tunc fuerunt apostoli: discipuli christi.  
**A**d nos isti quid pertinent? Quō inter hos  
 et nos parturimus? Adhuc sūt q̄ dicāt chri-  
 stus nō est deus. Hoc dicunt pagani qui  
 remanserūt: hoc dicūt ipsi iudei qui ad te-  
 stimoniū cōfusionis sue vbiq; diffusi sunt:  
 hoc dicūt et heretici multi. Namq; arriani  
 dixerūt non est de<sup>o</sup>. Eunomiani dixerunt  
 nō est de<sup>o</sup>. Huc accidit fratres: qz et illi de-  
 quib<sup>o</sup> pauloante dixi: qui male vivūt nihil  
 aliud dicūt. **C**ū em dicimus eis christum  
 venturū ad iudicūt: quod dicunt scriptu-  
 re que nō fallunt. Illi autē magis aurē pre-  
 bētes serpēti suggestēti: nō morte morierl:  
 qd dixerat in paradiſo: cōtra veritatē dei  
 cōſtituentis et dicētiſ: morte morierl: ita fa-  
 ciūt mala vt dicāt sibi: veniet christ<sup>o</sup> et da-  
 bit indulgentiā omnib<sup>o</sup>. Ita ergo mendax  
 est: Iēs dixit: qz separabit iniquos ad finē  
 strā: separabit iustos ad dexterā. **J**ustis dice-  
 tur: Venite benedicti patris mei: p̄cipite  
 regnū qd paratū est vobis ab origine mu-  
 di. Inquis dicitur: Ite in ignē eternū qui  
 paratus est diabolo et angelis eius. Quō  
 ergo omnib<sup>o</sup> dabit indulgentiā? Quō ne-  
 minē daminabit? Ergo mentit. Hoc est di-  
 cere: nō est de<sup>o</sup>. Glorie ergo ne forte tu men-  
 tiaris. **C**ū em hō es: ille de<sup>o</sup>. Deus em ve-  
 rar. **O**is autē homo mēdar. Sed quid de-  
 de istis o corpus christi? Separa em te in-  
 terim corde et vita: nec imiteris: nec assue-  
 scas: nec ānuas: nec approbes. Magis au-  
 te et redargue. Quid em attendis ad istos  
 qui hec dicūt? Corrupti sunt: et abomina-  
 biles facti sūt i iniquitatib<sup>o</sup> suis. **N**ō est  
 q̄ faciat bonū: nō est vscz ad vñū.  
**D**ominus de celo p̄spexit sup  
 filios hominū: vt videret si est in-  
 telligens aut requirens deū. Quid  
 est hoc? Corrupti sunt et abominabiles facti  
 sūt. Isti oēs qui dicūt: nō est de<sup>o</sup>. Et qd b̄  
 latebat deū tales esse factos. At vero nob̄  
 eorū interior cogitatio aperiret: nisi ab illo  
 dicereſ. Si ḡ nouerat: si sciebat quid ē qd  
 dictuz est: quod de celo p̄spexit sup filios  
 hominū: vt videret si est intelligens aut req-  
 uiens deū. Querētiſ em verba sunt: nō sci-  
 entis: de<sup>o</sup> de celo p̄spexit super filios ho-  
 minū: vt videret si est intelligens: aut requi-  
 ens deū. Et tanq; inueniret qd quesuit in-  
 spiciendo: et de celo p̄spicēdo: dicit sentē-  
 tiā. **O**mnes declinauerūt simul

Alia līra.  
 t nō habet.  
 t Deus.  
 t videat.

# LII

inutiles facti sunt: nō est qui faciat  
 bonū: nō est vscz ad vñū. **V**ne questio-  
 nes oriuntur aliquātulū difficiles. **S**i. n.  
 respicit de celo deus: vt videat si est intel-  
 ligens aut requirens deū: subintrat cogi-  
 tatio imprudēti: quia non omnia nouit de-  
 us. **H**ec vna questio est. Que est altera:  
**S**i nō est qui faciat bonū: non est vscz ad  
 vñū: quis est ille qui parturit inter malos?  
**I**lla ergo sic soluitur questio: qz plerumq;  
 ita loquitur scriptura: vt qd dono dei crea-  
 tura facit: deus facere dicat: vt ( verbi gra-  
 tia ) cū misereriſ pauperis: qz dono dei fa-  
 cis: deus misereatur. **C**um cognoscis qui  
 sis: qz illo allucēte facis: si is es qui dicas:  
**C**ū illuminabis lucernā meā dñe: deus  
 meus illumina tenebras meas: qd deo do-  
 nante et faciente cognouerl: ille cognoscit.  
**N**am vñ est: temptat vos domin<sup>o</sup> deus ve-  
 ster: vt sciat si diligatis illū. **Q**uid est ut sci-  
 at: Ut dono suo scire vos faciat. **S**ic ergo  
 et hic deus de celo p̄spexit sup filios homi-  
 nū: vt videret si est intelligens: aut requirens  
 deū. **A**sſit ipse et donet nob̄ vt qd cor n̄m  
 fecit p̄cipere: faciat et parere. **A**p̄lus dicit:  
**H**os autē non spiritū huius mundi acce-  
 pimus: sed spiritū qui ex deo est: vt sciam<sup>o</sup>  
 que a deo donata sūt nobis. **H**oc spiritū ḡ  
 quo cognoscimus q̄ a deo donata sūt no-  
 bis: discernim<sup>o</sup> inter nos et eos qbus b̄ do-  
 nata nō sunt: et ex nobis illos cognoscim<sup>o</sup>:  
 qz si nos aliqd bonū habere nō potuisse in-  
 telligimus: nisi illo donāte et largiēte a quo  
 sūt omnia bona: simul videmus nihil tale  
 posse habere eos quib<sup>o</sup> hec de<sup>o</sup> nō dona-  
 uit. **I**sta dīnoscētia nobis ex spū dei ē: et eo  
 q̄ videm<sup>o</sup> hoc: de<sup>o</sup> videt: qz id de<sup>o</sup> videt vt  
 faciam<sup>o</sup>. **H**inc. n. dictū est et illū: **S**pū. II.  
 oia scrutat etiā altitudinē dei: si qz ille scruta-  
 t qui nouit oia: s̄ q̄ tibi donat<sup>o</sup> ē spū te  
 scrutari fac. **E**t qd dono ipsi<sup>o</sup> tu fac: ille fa-  
 cere dicit: qz sine illo nō tu faceres. **E**rgo  
 deus facere dicit cū tu fac. **D**e dono spū  
 filiorū quib<sup>o</sup> datus est spū dei respiciunt  
 sup filios hominū: vt videat si est intelligens  
 aut requirens deū. **S**ed quia id dono dei  
 et spū dei faciunt: deus hoc facere dicit: ve-  
 lut p̄spicere et videre. **Q**uare aut de celo:  
 si hoc hoīes faciūt: **Q**uia dicit Apls: **F**lo-  
 strā aut p̄uersatio in celis est. **I**li em hoc  
 facis vt videas: vnde prospicis vt intelli-  
 gas: **N**ōne corde: **S**i corde hoc facis chri-  
 stiane: vide si sursum cor habeas. **S**i surſu  
 cor habes: de celo in terrā p̄spic. **E**t qd b̄

# Psalmus

dono dei facis: de<sup>o</sup> de celo pspicit sup fili  
os hominuz. Illa igitur questio p modulo  
nistro sic soluta est. Quid est qd pspicien  
tes agnoscimus? Quid est quod prospici  
ens deus agnoscit? Quicquid hic donat  
agnoscit. Audi: qd: Quia oes declinaue  
runt: simul inutiles facti sunt: nō est q faciat  
bonū: nō ē vsq ad vnu. Que igit illa alia  
questio ē: nisi quā pauloan cōmemorau.  
Si nō est qui faciat bonum: nō est vsq ad  
vnu: nemo restat qui gemat inter malos.  
Expecta inqt dñm: noli cito ferre sentētā.  
Bonui hoibus bñ facere: sed ex me inqt:  
non ex se. Ex se em malū sūt. filii hoim sūt  
qñ male faciūt: qñ bene filii dei. Hoc enim  
facit deus ex filiis hoim filios dei: qr ex fi  
lio dei fecit deus filium hois. Videlte que  
sit illa pticipatio: pmissa est nobis pticipa  
tio diuinitatis. Hentī qui pmisit: si nō ē  
prior factus pticeps mortalitatis. Fili<sup>o</sup>. n.  
dei pticeps mortalitatis effect<sup>o</sup> est: vt mor  
tal is hō fiat pticeps diuinitatis. Qui tibi  
pmisit cōmunicandū tecū bonū suū: pr<sup>o</sup>  
tecum cōmunicavit mala tua. Qui tibi p  
misit diuinitatē ostendit in te caritatē. Er  
go tolle qd homines filii dei sunt: remanet  
qd filii hominū sunt. Nō est q faciat bonū:  
nō ē vsq ad vnu. Nōne sciet oes q  
operantur iniquitatē: qui deuorāt  
populu meū in cibo panis. Nōne  
sciet: Nōne illis ostendit: Sic mirare: loq  
re ex pturiente t dolente. Pplus em tu<sup>o</sup> de  
uoratur in cibo panis. Est g hic pplus dei  
qui deuoretur. Lerte nō est q faciat bonū:  
nō est vsq ad vnu. Respondeat ex illa re  
gula. Sed iste pplus qui deuorat: iste po  
pulus qui patit malos: iste q gemit t partu  
rit malos: iaz ex filiis hominū filii dei facti  
sunt: ideo deuoratur. Consilium em in opis  
confudistis: quoniā dñs spes ei<sup>o</sup> est. Ple  
rumq enī ut deuoretur popul<sup>o</sup> dei: hoc  
ipsum in illo contēnitur: quia populus dei  
est. Rapiam inquit t expoliem: si christia  
nus est: quid nūhi facturus est. Loquit<sup>p</sup>  
illo qui loquit<sup>p</sup> parturiēt: t minat deuo  
rantib<sup>d</sup> dices: Nōne scient omnes qui ope  
rantur iniquitatē: Hā t ille qui videbat surē  
t concurrebat cum eo: t cū adulteris por  
tionē suam ponebat: sedens aduersus fra  
trem suū detrahebat: t aduersus filiuū ma  
tris sue ponebat scandaluz: dixit in corde  
suo: non est deus. Ideo hoc illi dicit: Hec  
fecisti t tacui. Suspiciat<sup>r</sup> es iniquitatēz qd  
ero tui similis: hoc est: nō est deus: si ero ti

Allia lfa.  
t plebe. meā  
v. album.

# LII

bi similis. Sed quid sequit<sup>r</sup>? Arguam te: et  
statuam te ante faciē tuā. Sed t hic arguā  
te: t statuam te ante faciē tuā. Hō vis mo  
do nosse vt displiceas: nosces vt plangas.  
Nō em demonstratur<sup>r</sup> est deus iniquis ini  
quitatē suā. Si nō est demonstratus:  
qui erunt qui dicturi sunt: quid nobis pro  
fuit superbia: t diuinitāt<sup>r</sup> iactantia quid cō  
tulit nobis? Tunc ergo sciet qui modo sci  
re nolunt. Nōne scient omnes qui operan  
tur iniquitatē: qui deuorāt populu meū  
i cibo panis. Quid addidit i cibo panis?  
Tanc panē manducant populum meū.  
Cetera em que manducamus possimus  
mō illa: modo illa: nō semper hoc olus: nō  
semper hanc carnē: nō semper hec poma:  
semper panē. Quid est ergo deuorant po  
pulum meū in cibo panis? Sine intermissi  
one: sine cessatione deuorant. Qui deuo  
rant populu meū in cibo panis? // Deū  
non inuocauerūt. Consolatur gemen  
tem: t maxime ex cōmemoratione: ne imi  
tando malos: qui plerūq psparentur de  
lectet fieri malus. Seruatur tibi qd pmis  
sum est. spes illoꝝ p̄sens est: tua futura est:  
sed illorū fluxa: tua certa. illorū falsa: tua  
vera. Illi em deū nō inuocauerūt. Nōne  
quotidie tales rogant deū. Nō rogat deū.  
Attēdite si possum<sup>r</sup> h dicere adiuuātē ipo  
deo. De<sup>o</sup> gratis se vult coli: gratis se vult  
diligi: hoc est caste amari: nō ppterēa illuz  
amari: qr dat aliquid p̄ter se: sed qr dat se.  
Qui g inuocat deū vt diues fiat: deū nō in  
uocat: h inuocat qd ad se vult vēire. Quid  
em ē inuocare: nisi vocare in se? In se g vo  
care: h dicis inuocare. Hā cū dicit: de<sup>o</sup> da  
tūbi diuinitas: nō vis vt ipē de<sup>o</sup> ad te veni  
at: sed vis vt diuinitie veniat ad te. Qd vis  
vt ad te veniat: h inuocas. Si aut deū inu  
ocares ipē ad te veniret: ipē esset diuinitie tue.  
Hunc aut vis habere arcā plenā: t inānē  
conscientiā. Deus non implet domū: sed  
pectus. Quid tibi prosunt exteriores diu  
nitie: si te interior premit egestas? Ergo illi  
qui propter secularia cōmoda: qui propt  
terrena bona: qui propter vitam presentēz  
t terrenam felicitatē inuocant deum: non  
inuocant deū. Propterēa quid de illis se  
quitur? Abi tūmuerunt vbi nō erat  
timor. Nunquid enim timor est: si quis  
perdat diuinitas? Non est ibi timor: t ibi ti  
metur. Si quis autē perdat sapientiā vere  
timor est: t ibi nō timetur. Audi: dinosce:  
tales intellige. Cōmendatur nescio cui sa

Allia lfa.

t illuc trepidā  
uerunt timore.

## Psalmus

cellus: nō vult reddere: p suo computat.  
Nō putabat posse repeti: iam p suo habebat.  
Reddere detrectat: videat quod timeat amittere: et quod nolit habere. In dubium veniunt pecunia et fides: que preciosior est ibi grauius damnū timendū ē. Tu autē vt aurū teneas: fidē perdis. Grauiori dāno p ceteris: et tu de lucro letat̄ es. Ibi timuisti timorē: ubi non erat timor. Redde pecuniā: parū dico redde: p de pecuniā ne fidē p das. Tu autē reddere pecuniā timuisti: et fidē pdere voluisti. Martyres nō aliena tulerūt: sed etiā suam fidē ne amitterent: p pria cōtempserūt. Et parū sūt pdere pecuniā quando passi sunt: pdiderūt et animā suam. Quādo pscripti sunt pdiderunt animā: vt in vitā eternā inueniret eā. Ergo ibi timuerūt ubi timendū est. Illi vero qui christo dixerūt: nō est deus: ibi timuerūt ubi nō erat timor. Dixerūt eis: Si dimiserimus eū: venient romani et tollēt nobis et locū et gentem. O stulticia et imprudentia: dicēs in corde suo nō est deus. Timuisti perdere terrā: perdidisti celū: timuisti ne veniret romani et tollerent tibi et locū et gentē: nunquid tibi tollerent deū? Quid ergo restat: Quid nisi vt fatearis: qd teneare voluisti: et tenēdo male amisisti. Perdisti em̄ et locum et gentē occidendo christum: et pdidisti et locū et gentē et christum. Timēdo occiderūt christū. Sed quare b:  
**¶ Quoniam deus dissipat ossa hominibus placentur:** Et volentes placere hominib⁹ timuerūt pdere locū: Christus autē ipse de quo dixerūt: Nō est de⁹: maluit dissipare hominib⁹ talib⁹: quales illi erant: filijs hominū nō filijs dei maluit displicere. Inde dissipata sunt ossa eoz: illius ossa nemo cōfregit. Confusi sunt quoniam deus spreuit eos. Reuera fratres: quantū ad illos attinet magna illis accessit p̄fusio: In quo loco crucifixerūt dominū: quē ideo crucifixerūt ne perderet et locū et gentem: non ibi sunt iudei. Deus ergo spreuit eos: et tñ frangendo admonuit illos vt q̄ cōuertatur. Nō modo cognoscat christū: et dicant: de⁹ est quē dixerūt nō est deus. Redeat ad hereditatē abrae Ilaac et Jacob: possident cū ipsis vitā eternā: et si vitā tpale amiserunt. Quare hoc: Quia ex filiis hominū facti sunt filii dei. Nā q̄diu manēt et nolunt: nō est qui faciat bonū: nō est vsq; ad ymū: p̄fusi sunt: qm̄ deus spreuit eos. Et tanq;

**Alia līra.**  
† dissipavit  
teoz q̄ bōib⁹  
placent

## LIII

ad ipsos cōuersus. ¶ **Quis dabit ex syon salutare israel:** O stulti increpatiis: insultasti: colaphizasti: sputis illimasti: spinis coronasti: in crucem erexitis. Quē: **Quis dabit ex syon salutare israel:** Nōne ip̄e quē dirixisti: nō ē de⁹: Intrauer tendo dñs captiuitatē populi sui: Nō em̄ auertit captiuitatē p̄li qd: nisi qui voluit inter vestras man⁹ esse captiu⁹. S̄ qui hoc intelliget: **Exultabit Jacob et letabit israel.** Elere Jacob et vere israel: minor ille cui seruuit maior: ip̄e exultabit: quia ip̄e cognoscet.

¶ **Explicit Tract. de ps. LII.**

¶ **Incipit Tract. de ps. LIII.**

**D**icitu p̄liritatis sue si intelligatur. Et quia psalmus brevis est: cōpense mus in mora tituli: quod in psalmo nō im morabimur. Inde em̄ pendet ois versus qui cantatur. Si quis itaq; cognoscat qd in domus fronte prefixū est: securus intrabit: nec cū intrauerit errabit. Hoc em̄ in ipso poste p̄notatū est: quomō interius nō eretur. Titulus eius se ita habet. In hī nem in hymnis: intellect⁹ ipsi David. Cum venerunt ziphie et dixerunt ad Saul: Nōne ecce David absconditus est apud nos: Qd Saul p̄secutor erat sancti viri David optime nouim⁹: qd figurā gerebat David tpalis regni: nō ad vitā: sed ad mortē p̄tinētis. et hoc vestre caritati nos cōmēdasse meminimus. Itēq; q̄ ip̄e David figurā gerebat christi: vel corporis christi: et nosse debetis: et recolere quod iam nostis. Quid ḡ ziphie: Clic⁹ quidā erat ziph: cuius habitatores ziphie: in quoru⁹ regione se abscondērat David: cū eū vellet Saul inuenire et occidere. Iste ḡ ziphie cū hoc cognouissent: pdiderūt eū regi p̄secutori dicentes: Nōne ecce David absconditus est apud nos: Nibil quidez pfuit illis pditio eorū: et ipsi David nihil obfuit. Nāq; animus eoz malignus demonstratus est. Saul vero nec post eoz pditionē potuit cōprehendere David: sed pot⁹ in ipsius regionis quadā spelūca: cū ei⁹ manib⁹ datus es set occidēdus Saul: pepcit illi David: et qd habebat in p̄tāte non fecit. Ille autē q̄rebat facē qd in p̄tāte non habuit. Ziphie ḡ illi viderunt q̄ fuerint: quos nobis psalm⁹ ex illorū occasione intelligēdos offerat videamus. Queram⁹ ḡ quid interptent ziphie: Inuēim⁹ floretes. Floretes ḡ nescio

**Alia līra**  
† dñ puerter  
deus  
† plebsue.